quam de hoc ſeculo migrare iuſsiſti, in pacis ac lucis regiõe conſtituas, & ſanctorum tuorum iubeas eſſe conſorté. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen. ¶ Pro fœmina. Orõ.

QVæſumus dñe pro tua pietate, miſerere animæ famulæ tuæ: & à cõtagijs mortalitatis exutam, in ęternę ſaluationis parté reſtitue. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen. ¶ Pro omnibus fidelibus defunctis. Oratio.

FIdelium Deus omnium conditor & redéptor, animabus famulorum famularumq; tuarum, remiſsionem cunctorum tribue peccatorũ: vt indulgentiam, quá ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Poſt orationem dicatur. ℣. Requiem ęternam. ℟. Et lux perpetua. Requieſcát in pace. ℟. Amé.

Poſt hæc portent defunctum ad tumulum: & dũ portatur, clerici cantét ſequenté añam.

LIbera me domine de vijs inferni, qui portas æreas cõfregiſti: & viſitaſti infernũ & dediſti eis lumen. p. Vt viderent te qui erant in pœnis tenebrarum. ℣. Clamantes & dicentes aduenisti redemptor mundi. p. Vt viderent. kyrie elèiſõ. Chriſte elèiſon. kyrie elèiſon. Deinde ſacerdos ſtans ad caput defuncti, dicit: Pater noſter. & aſpergit aquã benedictam ſuper defunctũ. Poſtea dicit. ℣. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi. Erue dñe. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vobiſcum. Et cum. Oremus. Orõ.

OMnipotentis Dei miſericordiam deprecemnr, cuius iudicio naſcimur: & finimur: vt ſpiritum famulę ſuę quã

li ſui quẽ pietaş dñi de incolatu huius mundi tranſire præcepit

cepit requies æterna ſuſcipiat, eam & eum in beata requie, & in reſurrectione repræſentet, & in ſinu Abrahę collocare dignetur. Per Chriſtũ dñm nrm. ℞. Amen. ℣. Requiẽ æternam. ℞. Et lux perpetua. ℣. Requieſcát in pace. ℞. Amen.

## ¶ De officio ſepulturæ paruulorum.

INcipit officium ſepulturæ paruulorum Chriſtianorũ antequam ad ætatem ſeptem annorũ perueniant. Sacerdos & alij clerici ſuperpelliceis induti, incedẽtes ſequuntur crucem præuiam, ferentes ſecum ſtolam nigram, aquá benedictam, & librum: & venientes ante ianuã defuncti, ſacerdos accipit ſtolam, & vnus ex alijs, ſubmiſſa & intelligibili voce incipit. ℞. Memẽto mei deus: Quia ventus eſt vita mea. p. Nec aſpiciet me: Viſus hominis. ℣. Et non reuertetur: Oculus meus, vt videat bona. p. Nec aſpiciet. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℞. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℞. Erue dñe. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumq; tuarum, remiſsionẽ cunctorum tribue peccatorũ: vt indulgentiam, quá ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen. Requiem æternam dona. Et lux perpetua. Requieſcát in pace. Amẽ.

Quãdo puer extrahitur de domo, & deportatur ad eccleſiã,

abſolute dicuntur ſubmiſſa & intelligibili voce pſalmi graduales, videlicet pſalmus, Ad dn̄m cum tribularer. Cum reliquis. In fine verò vltimi pſalmi dicitur: Gloria patri, & Sicut erat. Etiam dicuntur pſalmi, Beati im̄aculati. Laudate pueri dn̄m. Et dicuntur cum, Gloria patri: & Sicut erat. Et ſi opus fuerit, reiterentur quouſq; ad eccleſiam perueniatur. & quando puer fuerit in eccleſia, inchoetur principiū añæ. Hic accipiet benedictionem. ps. Dn̄i eſt terra. Et dicatur totus pſalmus cum, Glˢa patri. & Sicut erat. Quo finito repetatur & perfeciatur tota aña. Hic accipiet benedictionem à domino: & miſericordiam à deo ſalutari ſuo: quia hæc eſt generatio quærētium dominū. Poſtea ſacerdos tenēs ſtolam, dicit. kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Me autem propter innocentiā ſuſcepiſti. ℟. Et cō firmaſti me in cōſpectu tuo in æternum. ℣. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

OMnipotens & mitiſsime Deus, qui omnibus paruulis renatis fonte baptiſmatis, dum migrant à ſeculo, ſine vllis eorum meritis, vitā ilico largiris æternam, ſicut animæ huius paruuli hodiè credimus te feciſſe: fac nos quæſumus domine per interceſsionem beatæ Mariæ virginis, & omnium ſanctorum tuorum hic purificatis tibi mētibus famulari, & in paradiſo cum beatis paruulis perenniter ſociari. Per Chriſtum dominum noſtrū. ℟. Amen. Dum ad ſepulturā deportatur, inchoetur principiū añæ. Iuuenes & virgines. Et dicatur totus pſalmus: Laudate dn̄m de cœlis. Cum, Glˢa pri: & Sicut erat. & repetatur & perfi-

perficiatur aña Iuuenes & virgines, ſenes cũ iunioribus laudent nomen dñi. Qua finita dicatur. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. kyrie eléiſon. Pater nr̃. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Taliũ eſt enim regnum cœlorum. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animã huius paruuli ad cœlorum regna hodiè miſericorditer vocare dignat' es: digneris etiã dñe ita nobiſcum miſericorditer agere, vt meritis tuæ ſanctiſsimæ paſsionis, & interceſsiõe beatæ Mariæ virginis, & omniũ ſanctorum tuorum in eodem regno nos cũ omnibus ſanctis & electis tuis ſemper facias congaudere cœleſtibus. Qui viuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

¶ Ordo ad ſepeliendum ſacerdotem vel clericum.

SAcerdote defuncto & inuoluto, parochus ſuperpelliceo & ſtola indutus eat in domum defuncti ſacerdotis cum cruce, aqua benedicta & libro, faciatq; ſequẽtẽ cõmendationem: qua peracta fiet ſignum campanæ in eccleſia, vt moris eſt. hoc autẽ intelligetur quando cõmendatio fit ſine põpa: aliter vero regula ſequens ſeruabitur.

HOra conueniẽte facto ſigno cãpanæ, ſacerdos & oẽs alij clerici ſuperpelliceis induti, proceſsionaliter & cũ ſilentio incedẽtes ſequuntur crucem præuiã, legendo pſalmos graduales diſtincte & moroſe: præcedentibus miniſtris cum ſtola, aqua benedicta, aſperſorio & libro: & ante oſtiũ defuncti ſacerdos accipit ſtolam & librũ, & ſtãs ad caput defũcti, cruce ad pedes poſita, cõmendat

dat defunctum in feretro iam poſitũ: incipiente ſuccẽtore & alijs ſimul proſequentibus. ℟.

SVbuenite ſancti dei: occurrite angeli dñi, ſuſcipientes animam eius. p̄. Offerentes eã in conſpectu altiſsimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui creauit te: & in ſinũ Abrahę angeli deducant te. p̄. Offerentes. Et repetatur tertiò à capite: & in fine vltimę repetitionis dicatur ℣. Requiem æternam. ℟. Et lux perpetua. p̄. Offerentes. kyrie eléiſon Chriſte eléiſon. kyrie eléiſon. Pater noſter. Et aſpergatur tertiò aqua benedicta ſuper defunctum. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domnie. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

TIbi dñe creatori & factori omnium rerũ, animã famuli tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi, quam de hoc ſeculo vocari iuſsiſti, ſupplíciter cõmẽdamus, immẽſã clementiam tuam poſtulãtes, vt ſi qua crimina carnis aut voluptatis geſsit illecebris, tua indulgẽtia deleantur: vt nihil in eo poteſtatis author mortis habeat, ſed ſuorum accepta venia delictorũ, in Abrahæ gremiũ transferatur. Per Chriſtũ dñm nrm. Amẽ. Orem⁹. Or.

SVſcipe dñe animam ſerui tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi, reuertẽtem ad te: & laua eã ſancto fonte vitæ æternæ: vt inter gaudẽtes gaudeat, & inter ſapiẽtes ſapiat, & inter vidẽtes Deũ videat: & inter collocatos ad dexterã, quietis locũ teneat. Per xp̄m dñm noſtrũ, Amen. Oremus. Oro.

SVſcipe dñe animam ſerui tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi: et veſte cœleſti indue eam, & da ei requiẽ cœleſtem: vt in paradiſi gaudio notitiam myſteriorum Dei

agnoſcat

agnoſcat, & inter poſsidentes vitam æternam poſsideat. Per Chriſtum dominum. Reſp.

MEmento mei Deus: Quia vét' eſt vita mea. ℣. Nec aſpiciet me, Viſus hominis. ℣. Et non reuertetur, Oculus meus vt videat bona. ℣. Nec aſpiciet. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. kyrie eléiſon. Pater noſter. Aſpergatur defunctus aqua benedicta. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ. Oremus. Orõ.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humano cor pori animam ad ſimilitudiné tuam inſpirare dignatus es, dũ te iubente puluis in puluerem reuertitur, tu imaginem tuam cum ſanctis omnibus, æternis ſedibus præcipias ſociari: eáq; reuertentem de Ægypti partibus, blãdè leniterq; ſuſcipias, & angelos tuos ſanctos ei obuiam mitte, viamq; illi iuſtitiꝫ demõſtra, & portas gloriæ tuꝫ aperi. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen. Oremus. Sequentes duæ orationes dicantur ſub vna clauſula. Oratio.

SVſcipe dñe creaturam tuá non à dijs alienis creatam, ſed à te ſolo Deo viuo & vero, quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecundum opera tua: lætifica clemẽtiſsime deus animam ſerui tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi, & clarifica eam in multitudine miſericordiæ tuæ: ne memineris iniquitatum eius ãtiquarũ, quas ſuſcitauit furor mali deſiderij. licet enim peccauerit, tamẽ nõ tenegauit, ſed ſigno fidei inſignitus, te, qui omnia feciſti, fideliter adorauit. Orõ.

MIgranti in nomine tuo dñe de tam incerta & inſtabili vita, ſempiterná illá lætitiam in cœleſtibus præſta. Per Chriſtum dñm noſtrũ. ℟. Amen.

Amen. ℣. Requiem ęternam. ℟. Et lux perpetua. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

¶ Delatio corporis defuncti ad eccleſiam.

¶ Deinde ſacerdos, & clerici ordinatè vadũt, & corpus portant in eccleſiam cantãtes hoc Reſponſoriũ: Subuenite ſãcti Dei. & omnia alia queadmodũ in alio officio defunctorũ continetur. fo. 33. Depoſito corpore in eccleſia, & finita Añ. videlicet. Induta eſt caro mea. & dicto. Kyrieeléiſon. Sacerdos ſtãs ad caput defuncti cum ſtola dicat: Pater nr̃. & aſpergat defunctũ aqua benedicta. ℣. Et ne. ℟. Sed libe. ℣. A porta ĩferi. ℟. Erue. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ. Orem⁹. Or.

C Ommendamus dñe in manus tuas ſpiritum huius famuli tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi, ne princeps ei noceat tenebrarũ: ſed tu dñe miſericorditer eum protegas: In ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Requiem æternam. ℟. Et lux. ℣. Requieſcãt in pace. ℟. Amen. His finitis, ſacerdos cũ miniſtris præparet ſe: & decãtetur miſſa ſolenniter, & ordinatè, ſi tempus congruum fuerit.

¶ De officio ſepulturæ ſacerdotis vel clerici defuncti.

F Inita miſſa, ſacerdos ſine caſula cum cappa & miniſtris, & õnes alij in gradu ſuo, præcedente cruce, veniant ordinatè cum luminaribus, aqua bñdicta, libro, incenſo, & thuribulo cum carbonibus viuis. & ſtet hinc inde proceſsionaliter iuxta feretrũ: & ſacerdote cum miniſtris ſtãte ad caput defuncti, cantor incipit & alij ſimul proſequuntur. Reſp.

Q Vi Lazarum, Reſuſcitaſti à monumento fœtidum. p̃. Tu eis dñe, Dona requiem & locũ indulgẽtiæ ℣.

Qui venturus es, Iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. ℟. Tu eis dñe. Kyrie elſ. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter. Et aſpergit tertio defunctum aqua benedicta, & eodẽ modo incẽſat. Et ſic fiat in alijs reſpõſorijs. Quo facto pronunciat in cantu. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Clementiſsime dñe, qui pro noſtra miſeria ab impiorum manibus, mortis ſupplicium pertuliſti: libera animã huius ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi, de inferni voragine, & de miniſtris tartareis miſeratus abſolue: & cuncta eius peccata, obliuione perpetua dele: & ad lucem tuam angeli trahant, paradiſiq; ianuã introducant: vt dum corpus pulueri traditur, animam eius ad æternitatẽ perducas. Qui viuis & regnas per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ. Reſp.

Heu mihi dñe, Quia peccaui nimis in vita mea: quid faciam miſer, vbi fugiã niſi ad te Deus meus? miſerere mei. ℟. Dum veneris, In nouiſſimo die. ℣. Anima mea turbata eſt valde: Sed tu dñe ſuccurre ei. ℟. Dum veneris, In nouiſsi. Kyrie eléiſõ. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. P. r nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Tu domine auxiliũ præſtare digneris, tu opem feras, tu miſericordiã largiaris: vt ſpiritũ famuli tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi, à vinculis corporis liberatum, in pace ſanctorũ tuorũ ſuſcipias: vt locum pœnalem, & gehennæ ignem, flammamq;

tartari

tartari, in regione viuentium euadat. Per Chriſtum dn̄m noſtrum. ℟. Amen. Reſp.

PEccantem me quotidie, Et non me pœnitentem: timor mortis conturbat me. ℣. Quia in inferno, Nulla eſt redemptio, miſerere mei Deus & ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: Et in miſericordia tua libera me. ℣. Quia in infern. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſō. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

DEus vitę dator, & humanorum corporū reparator, qui te à peccatoribus coronari voluiſti, exaudi preces, quas ſpeciali deuotione pro anima famuli tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi tibi lachrymabiliter fundimus: vt liberare eam ab inferorum cruciatibus, & collocare inter agmina ſanctorum tuorū digneris: veſte quoq; cœleſti & ſtola immortalitatis indue eā, & paradiſi amœnitatē iubeas introire. Qui viuis & regnas per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Reſp.

LIbera me domine, De morte æterna, in die illa tremēda. ℣. Quādo cœli, Mouendi ſunt, & terra. ℣. Dū veneris, Iudicare ſeculū per ignē. ℣. Dies illa, dies iræ, Calamitatis & miſerię: dies magna & amara valde. ℣. Quādo cœli, Mouendi. ℣. Tremens factus ſum ego & timeo, Dum diſcuſsio venerit atq; ventura ira. ℣. Dū veneris, Iudi. ℣. Requiem æternam dona ei dn̄e. ℟. Et lux perpetua luceat ei. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſō. Kyrie eleiſon. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e. ℣.

Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Satisfaciat tibi quæſumus dñe deus noſter pro anima famuli tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi, beatiſsimæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, & beatorum apoſtolorũ Petri & Pauli, omniumq; ſanctorũ tuorum oratio, & præſentis familiæ tuæ humilis & deuota ſupplicatio: vt peccatorum omniũ veniã, quã precamur, obtineat: nec eũ patiaris cruciari gehennalibus flammis, quẽ filij tui dñi noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine redemiſti. Qui tecũ & cum ſpiritu ſancto viuit, & regnat deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Requiem ęternam. ℟. Et lux perpetua. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. His expletis deferatur defunctus ad ſepulturã: & ſacerdos in cãtu incipit añam.



Ego ſum c v o v a e

Et ſuccentor in cantu incipiat canticũ: Benedictus dñs Deus Iſrael. Dicatur totum canticũ. In fine. ℣. Requiem æternam. &c. Feretrum cũ defuncto ponatur iuxta ſepulturã: & crux ſtet ad pedes, & ſacerdos ad caput. Interim dum dicitur canticum, ſacerdos ſtans cũ ſtola & cappa, ſubmiſſa & intelligibili voce benedicit ſepulturam abſolute, ſine Dñs vobiſcum, nec Oremus. dicẽdo. ℣. Adiutoriũ noſtrũ in nomine dñi. ℟. Qui fecit cœlũ & terram. & ſacerdos. Qui de terra eſt, de terra loquitur: qui de cœlo venit ſuper oẽs eſt. In nomine patris, ✠ & filij, & ſpũs ſancti. Amen. Et aſpergatur aqua benedicta ſuper vtrũq; .ſ. ſuper ſepul-

ſepulturam & defunctū. Finito cantico repetatur & perficiatur tota aña.




Finita aña, ſacerdos dicat: Pr noſter. & aſpergat aquam benedictam ſuper defunctum. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Oratio.

DEus apud quē mortuorū ſpiritus viuunt, & in quo electorū animæ, depoſito carnis onere, plena felicitate lætātur, præſta ſupplicationibus noſtris, vt anima famuli tui ſacerdotis vel diaconi vel ſubdiaconi (quę tēporali per corpus viſionis huius luminis caruit viſu) ęternæ lucis ſolatio potiatur: non eum tormētum mortis attingat, non dolor

horrendæ viſionis afficiat, non pœnalis timor excutiat, non reorũ proxima catena conſtringat, ſed conceſſa ſibi delictorũ omniũ venia, optatæ quietis conſequatur gaudia repromiſſa. Per Chriſtum. Statim ſacerdos in cãtu incipiat antiphonam.




Pſalmus Memento dñe Dauid. Quãdiu pſalmus cãtatur mittatur corpus in ſepulturã, & nõ operiatur: & tali modo ponatur, vt ſit poſita facies cõtra Orientẽ. Dicatur totus pſ.

MEmento dñe Dauid, & õnis manſuetudinis eius. Sicut iurauit dño, votum vouit Deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ: ſi aſcendero in lectũ ſtrati mei. Si dedero ſomnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis: donec inueniã locũ dño, tabernaculũ Deo Iacob. Ecce, audiuimus eũ in Ephrata, inuenimus eum in campis ſyluæ. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Surge dñe in requiem tuam: tu, & arca ſanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induãtur iuſtitiam: & ſancti tui exultent. Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciẽ Chriſti tui. Iurauit dñs Dauid veritatem, & nõ fruſtrabitur eũ: de fructu ventris tui ponã ſuper ſedẽ tuã. Si cuſtodierint filij tui teſtamẽtum meum: & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos:

Et

Et filij eorum, vſq; in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam. Quoniá elegit dñs Sió, elegit eam in habitationé ſibi. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo, quoniá elegi eá. Viduá eius benedicés bñdicá: pauperes ei⁹ ſaturabo panibus. Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt. Illuc producá cornu Dauid: paraui lucerná Chriſto meo. Inimicos eius induá cõfuſiõe: ſuper ipſú autem efflorebit ſanctificatio mea. Requié æternam. Et lux perpetua. Finito pſalmo, repetatur & perficiatur tota Añã.







Qua finita ſacerdos dicat: P r noſter. Aſpergatur defunctus aqua benedicta. ℣ Et ne nos. ℟. Sed lib. A porta inferi. Erue. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vobiſcum. Et cũ. Orem⁹. Or.

DEbitum humani corporis ſepeliendi officium fideliũ more complentes, Deũ cui omnia viuunt fideliter deprecemur, vt hoc corpus chari noſtri à nobis in infirmitate ſepultũ, in ordine ſanctorũ ſuorũ reſuſcitet: vt eius ſpiritũ cũ ſanctis ac fidelibus aggregari iubeat, cum quibus inenarrabili gloria & perenni felicitate perfrui mereatur. Per Chriſt. Sacerdos in cantu incipiat añam.

In




Et interim dum ħc cãtatur, ſacerdos mittat aliquã terrã ſuper defunctũ: deinde a portitoribus & clericis circunſtãtibꝰ mittatur terra ſuper defũctũ quouſqȝ corpꝰ operiatur. Finito pſalmo repetatur & perficiatur tota añã.













Finita

Finita aña, ſacerdos dicat: Pr̃ noſter. Aſpergatur defunctus aqua benedicta. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpir. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, cui nũquã ſine ſpe veniæ ſupplicatur, propitiare animæ famuli tui ſacerdotis, vel diaconi, vel ſubdiaconi: vt qui de hac vita in tui nominis confeſsione deceſsit, ſanctorũ tuorum numero facias aggregari. Per Chriſt. ℣. Requiem æternã. ℟. Et lux. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. His expletis, mittatur terra ſuper defunctũ ab eo qui ſepulturã fecit: quouſq; ex toto impleatur.

¶ O modo como ſe ha de veſtir o ſacerdote depoys de falecido: & aſsi o diacono & ſubdiacono.

O Sacerdote depois de falecido, ſerá veſtido per outros ſacerdotes & clerigos, per o modo ſeguinte. Primeiramẽte ho veſtirão cõ os veſtidos q̃ cõmũmente trazia, e cõ hũas ceruilhas, ou çapatos nos pees, e ẽcima dos veſtidos hũa ſobrepellizia, & hũa carapuça de linho na cabeça, & lhe cobrirão o roſto cõ hũa toalha, e então o veſtirão cõ amicto, o qual lhe porão por cima da cabeça q̃ lhe cubra meo roſto, e com alua, cingulo, manipulo, ſtolla, & caſulla: & leuarã as mãos diſcubertas, & nellas hũ calez de cera cõ ſua patena. E ẽ quanto ho veſtirẽ, rezarão o pſalmo Miſerere mei Deus. cõ ℣. Requiẽ æternam & o repetirão as vezes q̃ for neceſsario. Acabado de veſtir, ho porão no leito cõ hũa cruz á cabeceira, e duas vellas acceſas cada hũa de ſua parte: & logo lhe dirão hũ reſponſo cõ ſua oração. E ẽ quãto hij eſtiuer, auerá caldeira daguoa bẽta cõ hyſopo,

pera q̃ os q̃ entrarẽ lhe lãcem aguoa benta, & rezẽ a oração do pater noſter por ſua alma.

¶ O diacono & ſubdiacono irão veſtidos ẽ dalmaticas cada hũ conforme a ſua ordẽ: & não leuarão calez, mas leuarão as mãos deſcubertas & junctas ſobre os pectos. E nos veſtidos commũs & cerimonias ſeram conformes aos ſacerdotes.

## ¶ A ordem que ſe terá no enterramento dos Biſpos.

QVando noſſo ſenhor leuar algum biſpo da vida deſte mũdo, farlheão todo o officio dos ſacerdotes, excepto q̃ nas orações onde diz famuli tui ſacerdotis, Dirſeha famuli tui Epiſcopi, & a vltima oração, depoys de o biſpo ſer ẽterrado, ſerá, Deus qui inter apoſtolicos. Fo. 37. & aſsi ẽ quãto ſe diſſer cada hum dos quatro reſponſos q̃ ſe dizẽ depois da miſſa, o ſacerdote com ſtolla & capa, dará hũa volta muyto de vagar ao redor do leito encẽſando o biſpo defuncto, começãdo da parte direita pa a ezquerda, & irá dizẽdo o meſmo reſponſo ẽ voz bayxa & ſe tornará à cabeceira do biſpo. Acabado o reſponſo, o ſacerdote dirá ẽ voz alta. Pr̃ nr̃. Lancando aguoa bẽta ſobre o biſpo tres vezes: e dirá os ℣ſos, e oraçã q̃ ſe seguẽ depois do ℟.

## ¶ A ordem que ſe terá no veſtir do biſpo defuncto.

O Biſpo irá veſtido na maneyra ſeguinte. Primeiramẽte leuará ſeus veſtidos cuſtumados tirando loba e murça, & ẽcima dos veſtidos, o roxete, & nos pees calções & pãtufos, e depois o veſtirão com amicto, o qual leuara ao redor do peſcoço, alua, cingulo, cruz, pectoral, ſtolla: & não irá poſta em cruz, tunicella, dalmatica, luuas, caſula, barrete, mitra, anel, o qual leuará no dedo que eſtá junto do

dedo

dedo meiminho da mão direi-
ta, manipulo, & bago na mão
ezquerda, e a mão direita leua
ra ſobre o pecto, & irá com o
roſto deſcuberto. E é quãto os
ſacerdotes & clerigos o veſtirẽ,
rezarão o pſalmo Miſerere
mei Deus. & o repetirão as ve-
zes q̃ for neceſſario. Acabado
de veſtir, o porão logo no lecto
com hũa cruz á cabeceira, &
duas vellas acceſas cada hũa
de ſua parte, e outras duas aos
pees: e logo lhe dirão o reſpõſo
com ſua oração. Em quãto hij
eſtiuer, auerá caldeira daguoa
benta cõ hyſſopo, ꝑa q̃ as peſ-
ſoas que entrarem lhe lançem
aguoa benta, & rezem a ora-
ção do Pater nr̃, por ſua alma.

¶ Benzimento da coua, ou do
moymento onde ajnda não
foi ſepultado nenhũ corpo. ℣.

Adiutorium noſtrum in no-
mine dñi. ℟. Qui fecit cœlũ et
terram. ℣. Sit nomen dñi be-
nedictum. ℟. Ex hoc nunc &
vſq; in ſeculum. Oratio.

DEus qui fundaſti terram,
formaſti cœlos, qui õnia
ſydera ſtatura fixiſti, qui ca-
ptum laqueo mortis hominẽ
ablutione réparas, qui ſepultos
Abrahã, Iſaac, & Iacob in ſpe
lunca duplici, libro vitę atque
totius glorię principes aduoca-
ſti: bene✠dicere digneris hũc
lę tuę eã
tumulũ famuli tui N. vt hîc eũ
requieſcere facias, & in ſinu
Abrahæ collocare digneris:
Qui dñm noſtrũ Ieſum Chri-
ſtum filiũ tuũ deuictis laqueis
inferorum reſurgere in ſe cre-
dentiũ voluiſti ſalutem. Re-
ſpice dñe quæſumus ſuper hãc
fabricam ſepulturę, deſcendat
hîc ſpiritus ſanctus: vt te iu-
bente ſit ei quieta dormitio:
& tempore iudicij cum omni-
bus ſanctis vera reſurrectio.
Per eundem. Oratio.

OBſecramus miſericordiã
tuã ops æterne deus, qui

hominem ad imaginẽ tuam
creare dignatus es: vt ſpiritũ &
lę tuę quam
animá famuli tui, quẽ hodier-
na die rebus humanis éximi &
ad te accerſiri feciſti, blandè &
miſericorditer ſuſcipias. Nõ ei
dominetur vmbra mortis, nec
tegat eũ chaos & caligo tene-
brarum: ſed exutus omniũ cri
minum labe in ſinu Abrahæ
ta
patriarchę collocatus locũ lu-
tam
cis & refrigerij ſe adeptum eſſe
gaudeat. Et cũ dies iudicij ad-
uenerit, cum ſanctis & electis
cam
tuis eũ reſuſcitari iubeas. Per
Chriſtũ dñm nr̃m. Amẽ. Or.

TEmeritas quidẽ eſt dñe,
vt homo hominẽ, mor-
talis mortalẽ, cinis cinerẽ tibi
dño Deo noſtro audeat com-
mẽdare. Sed quia terra ſuſcipit
terram, & puluis conuertitur
in puluerẽ, donec omnis caro
in ſuam redigatur originem:
inde tuã Deus pater pijſſime
lachrymabiliter quęſumus pi
lę tuę
etatẽ: vt huius famuli tui ani-
mã, quam de huius mundi vo
ragine cœnulenta ducis ad pa
triã, in Abrahæ amici tui ſinu
recipias, & refrigerij rore per-
fundas: ſit ab æſtuãtis gehen-
ta
nę truci incendio ſegregatus:
& beatæ requiei te donãte cõ-
cta
iunctus. Et ſi quæ illi ſunt dñe
dignæ cruciatibus culpæ, tu
eas gratia mitiſſimæ lenitatis
indulge: nec peccati recipiat
vicem: ſed indulgentiæ tuæ
piam ſentiat bonitatẽ. Cũq;
finito huius mũdi termino, ſu
pernũ cunctis illuxerit regnũ,
omniũ ſãctorũ cœtibus aggre
ta
gatus cũ electis reſurgat in par
da
te dextera coronãd'. Per Chr.
℣. Requiẽ ęternã. ℟. Et lux. ℣.
Requieſcãt in pace. ℟. Amen.

Incipit

¶ Incipit officiú mortuorum. Ad veſperas. Aña.




Seculorũ. Amen. Añ. Si ini qui tates obſeruaueris do
mine, domine quisſu ſtinebit? ps. De profundis. Secu-
lorum. Amẽ. Añ. Opera manuũ tuarum domi ne
ne deſpicias. ps. Confitebor. Seculorũ. Amen.
℣. A porta infe-
ri. ℟. Erue dñe.
Ad Magnificat. Aña.
A Vdiui vocẽ de cœlo dicentem,

beati


beati mortui qui in domino moriuntur. ps. Ma-
Inui-tato-rium.
gnificat. Seculorum. Amen. R Egē, cui omnia
viuunt, Venite adoremus. ps. Venite. In.j.noctur.Añ.
D I rige domine De u s me us
in cōſpectū tuo viam meā. ps. Verba mea. Secu-
lorum.


lorũ. Amẽ. Añ. C onuertere do mi ne, & eripe
animã meam: quoniam nõ eſt in morte qui memor
ſit tui. p̄s. Dñe ne in furore. Sc'lorũ. amẽ. Añ. N equãdo
rapiat vt leo animã meã: dũ nõ eſt qui re di mat,
neq; qui ſaluũ faciat. p̄s. Dñe deus meus. Sc'lorũ. Amen.

℟ Requiē ęternā. ℣. Et lux perpetua. ℟.




k m


m me um. ℣. Quē viſurꝰ ſū e go
ip ſe, & nō a li us: & o cu li
me i conſ pe ctu ri
ſu nt o͞p. Et in ℟. Qui La zarum
re ſuſ ci taſ ti a monu men to


fœti dú. ℟. Tu e is do mi ne
dona requi em, & lo cum in-
dul genti æ. ℣. Qui vẽturus
e s iu di ca re vi uos &
mortu os & ſecu lum pe r
k ij



igné. ℣. Tu e is. ℟. Do mi ne quãdo vene-
ris iu di ca re terram, vb i
me abſcon dam à vul tu iræ
tu æ? ℣. Quia pec ca ui
ni mis in vita


me a. ℟ Cõmiſſa mea
pa ueſ cõ, & ante te e ru beſ co: dũ ve ne ris-
iudi ca re no li me cõdemna re.
Quia. ℣. Requi e m æternam do-
na e is domi ne & lux per pe tu a lu-
k iij ceat

In primo nocturno. Aña.




domini in terra viuentiũ. ps. Dñs illumi.
℣. Anima mea turbata eſt valde. ℟. Sed tu
Sclorũ. Amen. dñe ſuccurre ei. ℣. R Equi em
æ te rna m do na e is
do mi ne. ℣. Et lux perpe tu
a lu


ce a t e is. ℣. A nimæ
e orum in bo nis de mo ren tur: &
ſemen e o rum hæ re di tet te r-
rá. ℣. Et ℟. He u mi hi do mi ne,
qui a pecca ui ni mis in vi ta
mea


me a: quid faciam mi ſer, v bi
fu giam, niſi ad te Deus
me us? Miſe re re me
i. ℟ Dum vene ri s
in no uiſsimo di e. ℣.


A nima me a turba ta eſt val de: ſed
tu do mi ne ſuc curre e i.
℣. Dum. ℟. Ne recor de ris pec cata
me a do mi ne,
℣. Dum vene ris iu di care


ſe culũ per i-
gnem. ℟. Di rige domine
Deus me ùs in cõſpectu tuo
vi am me a m. ℣. Dñ vene.
Re qui e m æ ter nam dona


c i s domi ne, & lux per pe tu a lu-
ceat e i s.
¶ In ter- tio noctur no. Aña. C Om
pla ce at tibi domine vt e ri pias me, ad adiuuan-
dũ me reſpice. ps. Expectãs. Sclorũ. amẽ. añ. Sana domine
animã meã, quia peccaui ti bi. ps. Bẽs qui intelli-










℣. Audiui vocé de cœlo dicenté. ℟. Beati mortui, qui in dño moriūtur.







tur bat me. ℟ Quia in infer no
nulla eſt redéptio, mi ſe rere me-
i Deus, & ſal ua me. ℣ Deu s in
nomine tuo ſaluum me fac & in virtute
tu a iu dica me. ℟ Quia. ℣. Do mine ſecúdũ


actum me u m noli
me iu di ca re: ni-
hil dignum in conſpectu tu
o e gi: i deo de-
pre cor ma ie ſta tem


tu am. ℟. V t tu De us dele a
s i niquita-
te m me am. ℣. T i-
bi ſo li pec ca, ui &
ma lum co ram te fe-


ci. p̄. Vt.℟. M emento
me i De us, quia ven tus e ſt
vita me a. p̄. Nec aſpi-
ciet me viſus homi nis.
℟ Et nõ reuerte tur o cu lus me us:







In die omnium fidelium, vel quando fit officiũ pro aliqua magna perſona dicitur ſequens ℟.




na in di e illa tre men da. ℟.
Quando cœ li mo uendi ſunt &
ter ra. ℟. Dum ve ne ris iu
di ca re ſe cu lum per igné. ℣.
Dies illa, di es i ræ, calamita tis & mi-




In laudibus. Aña.


E Xul tabunt dño oſ ſa humi li ata. ps.
Mi ſe re re. Seculorum. Amen. Añ. Exaudi domine
o ra ti onem me a m, ad te omnis ca ro
ve ni et. ps. Tedecet. Seculorum. Amen. Añ. Me ſuſ-
ci pi et dextera tua domine. ps. Deus Deus


meus Seculorũ. Amẽ. Añ. Eru iſti domine a nimam
meam, ne pe riret. ps Ego dixi. Seculorum. Amẽ. Añ.
Omnis ſpiritꝰ laudet dominũ. ps Laudate. Seculorum.
Amẽ.
℣. Requiem æternã dona eis dñe. ℟. Et lux perpet.
Ad bñs. Aña. OM ne quod dat mihi
pa ter, ad me ve ni et: & eum, qui venit ad me, nõ


e ijci am foras. ps. Benedictꝰ. Seculorum. Amen.
In té-
pore paſ
cali.
Ad bñs.
E go ſum re ſurrectio & vi ta:
qui credit in me, e ti am ſi mortuus fu e rit,
viuet: & omnis qui viuit & credit in me, nõ mori-
e tur in æ ternũ. ps. Benedictus. Seculorũ. Amen.


R E quiem æ te rnam do na
e i s domi ne, & lux per-
pe tu a lu ce a t e is. ℣.
Te de cet hymnꝰ Deus, in Syon, & ti bi reddetur
votum in Hieruſalem. Ex au di o ra ti onē meam


ad te ónis ca ro veni et. Re qui em æ ter.
Ter dica tur.
Ter dica tur.
K Yri e léi ſon. Xpe léiſó.
Ter dica tur.
Kyri e léi ſó. Kyri e
léi ſó. ℟. Re qui é æter nam
do na e i s do mi
m


ne
& lux per-
pe
tu a
lu
ce at
e
i
s.
In memo ri a æ te.


rna
e runt iu
ſti ab audi ti one ma
la
q
no n ti me-
mi ij

¶ Tractus pro defunctis.




gra ti a tu a illis ſuccurren te,
mere an tur e ua-
dere iudi ci um vlti o ni
s. ℟. Et lu cis æter
næ be a ti tu di
m iij


ne perfru i.
¶ Tra-
ctus pro
clericis.
S Icut cer uu s
de ſi dera t ad fontes aqua-
ru m, i ta
de ſi derat a nima me a ad te


de u s. ℣. S iti uit ani-
ma me a ad De ú vi-
uu m: quando ve-
ni a m & appa re bo
ante fa ci em De me-


i
Offr. DOmine Ieſu Chriſte rex glo-
ri æ libe ra a nimas fi-
de li ũ de functo rũ de ma nu infer ni,
& de profũdo la cu: libera e as de ore


le o nis, ne abſorbe at e as tar ta rus,
ne cadát in obſcu ra: ſed ſigni fer ſan-
ctus Mi cha el repræſentet e a s
in lu cem ſan ctá, quá olim Abra hæ
promi ſi ſti, & ſe-

n


mi ni e ius. ℟. Hoſti as &
pre ces tibi domine offe ri mus:tu ſuſ-
ci pe pro a nimabus illis,qua rum ho di e me-
mo ri am agi mus: fac e as domi ne de
mor te tranſi re a d vi tam,


SAnctus. Sãctus. Sãctus. Dñs De us Sa ba oth ple-
ni ſũt cœli & terra glo ri a tu a: o ſan-
na in ex cel ſis. Bene dictus, qui ve nit
in no mine domi ni, o ſana
in ex cel ſis. Agn' De i, qui tol lis pec ca-
n ij


ta mun di dona e is re qui ē. Agnꝰ De-
i qui tol lis pec cata mun di dona e is re-
qui ē. Agnꝰ De i qui tollis peccata mū di dona e is
requi ē ſépiter nā. Cōm. LVx æ ter na luceat e-
i s do mi ne. Cū ſanctis tu is in æter-




Finitur officium defunctorum.

# ¶ Incipiunt intonationes

Cantici angelorum & præfationum, vt requirit feſtorum diuerſitas: & orationes, quibus eccleſia vtitur in offerendo, ſimulque ſacer canon.

¶ Intonationes de Gloria in excelſis, Secundum varietatem feſtiuitatum.

¶ In feſtis ſolennibus & duplicibus.




¶ In feſtiuitatibus angelorum.




¶ In feſtis ſemiduplicibus, & nouem lectionum.




In miſsis votiuis beatæ Mariæ, & in ijs, q̃ in ſabbatis dicũtur.



ET in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Laudamus te. Bñdicimus te. Adoramus te. Glorificamꝰ te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriá tuá. Dñe Deus rex cœleſtis Deus pater omnipotẽs. Dñe fili vnigenite Ieſu Chriſte. Spiritus & almeorphanorũ paraclete. Dñe Deus, agnus Dei, filius patris. Primo genitꝰ Mariæ virginis matris. Qui tollis peccata mũdi, miſerere nobis: Qui tollis peccata mũdi, ſuſcipe deprecationẽ noſtram. Ad Mariæ gloriam. Qui ſedes ad dexterá patris, miſerere nobis. Quoniá tu ſolus ſanctus. Mariá ſanctificás. Tu ſolꝰ dñs. Mariá gubernás. Tu ſolus altiſsimus. Mariam coronans. Ieſu Chriſte, cũ ſancto ſpiritu, in gloria dei patris, Amen. Et nota quòd textus de rubro interpoſitus dicitur tãtum in miſsis de beata virgine Maria.

Dum celebrans infuderit vinũ in calicem, miniſter offeret ei ampullá aquę dicẽs, Bñdicite. Et celebrans faciens ſignum crucis ſup ãpullá aquæ dicat, Dñs ipſe te benedicat, cuius ſpiritus in mundi primordio ferebatur ſuper aquas. In noíe patris & filij & ſpiritus ſancti, amen. Et infundens aquam in calicem ſuper vinum, dicat.

EX latere dñi noſtri Ieſu Chriſti ſanguis & aqua exiſſe perhibetur: & ideo nos pariter cõmiſcemus, vt miſericors Deus vtrũq; ad medelá animarũ noſtrarũ ſanctificare dignetur. Per eũdẽ Chriſtum dñm noſtrum, amen. Deinde celebrans ante altare inclinatus, dicat hanc orationẽ. Oro.

MVnda cor meum & labia mea omniponens Deus, qui labia Eſaiæ prophetæ calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione mundare dignare:

vt ſanctum euangelium tuũ dignè valeam nuntiare. Per Chriſtum dñm nr̃m. Amen.

Et ſtatim ſubiungat, Iube dóne benedicere. Dñs ſit in corde meo & in labijs meis, vt dignè & cõpetenter annuntiẽ ſanctum euangelium ſuum.

Dicto euangelio celebrãs dicat, Credo, ſi dicendum ſit.

¶ In feſtis ſolennibus & duplicibus.



CRe do in v nũ De um.

¶ In dñicis diebus Aduẽtus, & à Septuageſima vſq; ad Paſcha, & per octauas feſtorum ſolennium.



CRedo in vnnm Deum.

PAtrem omnipotentẽ factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnũ dñm Ieſum Chriſtũ filiũ Dei vnigenitũ. Et ex patre natum ante oĩa ſecula. Deũ de Deo, lumen de lumine, Deũ verum de Deo vero. Genitum nõ factũ conſubſtantialem patri, per quem oĩa facta ſunt. Qui ꝓpter nos homines & propter noſtram ſalutem, deſcẽdit de cœlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſãcto ex Maria virgine. Et homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Põtio Pilato paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſecũdum ſcripturas. Et aſcẽdit in cœlum, ſedet ad dexterã patris Et iterum venturus eſt cũ gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis: Et in ſpiritum ſanctum, dñm & viuificãtem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre & filio ſimul ado-

adoratur, & conglorificatur,
qui loquutus eſt per ꝓphetas.
Et vná ſanctá catholicam &
apoſtolicá eccleſiá. Confiteor
vnũ baptiſma in remiſsionem
peccatorũ: & expecto reſurre-
ctioné mortuorum. Et vitam
vẽturi ſeculi, Amen. In expli-
catione corporalium. In tuo
conſpectu quæſumus dñe hęc
munera tibi ſint placita, vt
nos tibi ſemper placére valea-
m⁹. Per xp̄m dñm nr̄m. amé.

¶ Quando Celebrans offert
hoſtiá ſuper aram, dicat, Orõ:

ACceptabilis ſit Maieſtati
tuæ, oı̄potens Deus, obla
tio hęc, quá tibi offerimus pro
reatibus & facinoribus noſtris,
& pro ſtabilitate ſanctę eccle-
ſiæ catholicæ, nec non & ani-
mabus omniũ fideliũ defun-
ctorum. Per Chriſtum dñm
noſtrum. Amen.

Quãdo offert calicem, dicat.

OFferimus tibi dñe calicé
ſalutaris, tuá deprecátes
clementiam: vt in conſpectu
diuinæ maieſtatis tuæ pro no-
ſtra & totius mũdi ſalute cum
odore ſuauitatis aſcédat. amé.

Tunc inclinatus manibus iũ-
ctis, dicat.

IN ſpiritu humilitatis, & in
animo cõtrito ſuſcipiamur
dñe à te: & ſic fiat ſacrificium
noſtrum in conſpectu tuo ho-
diè: vt placeat tibi dñe Deus.

Hic faciat crucis ſignũ ſuper
hoſtiá & calicé ſimul, dicens.

VEni ſanctificator omni-
potens æterne Deus: &
bene ✠ dic hoc ſacrificium
tuo ſancto nomini pręparatũ.

Deinde lauet manus, dicens
pſal. Lauabo inter innocentes
manus meas &c. vſq; in finé.
cum gloria patri. Tunc incli-
net ſe ante altare manibus iũ-
ctis, & dicat hanc orationem.

SVſcipe ſancta trinitas hác
oblationem, quam tibi of-
ferimus ob memoriam paſ-
ſionis, reſurrectionis, & aſcen-

ſionis Ieſu Chriſti dñi noſtri: & in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis : & beati Ioannis baptiſtæ : & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, & iſtorum & omnium ſanctorum, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem: & illi pro nobis intercedere dignẽtur in cœlis, quorũ memoriam facimus in terris. Per Chriſtum dñm noſtrũ. Amen. Deinde vertens ſe ad populum dicat. Orate fratres pro me, vt meum ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem. Circũſtantes reſpondeãt. Suſcipiat dñs ſacrificiũ de manibus tuis, ad laudem & gloriam nominis ſui: ad vtilitatem quoq; noſtram, & totius eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Amẽ. Quòd ſi nemo adfuerit qui reſpõdeat, ipſemet Celebrãs dicat: Suſcipiat dñs ſacrificium de manibus meis, & omnia alia vt ſupra.

¶ Præfatio communis, quæ generaliter dicitur in diebus dñicis, & feſtis, in quibus alia propria non aſsignatur.




Habe mus ad do minum. ℣. Grati as aga mus
domino De o noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
V Ere Dignum & iuſtum eſt, æquum & ſa
lu ta re nos tibi ſemper & vbiq; gratias
a gere domine ſanƈte pater omnipotens æterne


De us,per Chri ſtum domi num noſtrū. Per quem
maieſta tem tuam landant an ge li adorant dominā
ti o nes,tremunt po teſta tes.Cœli cœlorumq;
virtutes, ac be a ta ſe raphin,ſo ci a exul-
ta ti o ne conce lebrāt.Cū quibus & noſtras



voces vt admitti iubeas depre camur: ſup-



li ci confeſsi o ne di cen tes.

Pręfatio ſimplex quæ dicitur in miſſis ꝓ defunctis.



P Er omnia ſecula ſeculo rum. ℟.



Amen. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiri tu tu o. ℣.



Surſum corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Gratias agamus


domino Deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Verè dignũ & iuſtum eſt, æquum & ſalu-
tare nos tibi ſemper & vbiq́ue gratias agere,
domine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus: per
Chriſtum dominum noſtrũ. Per quẽ maieſtatem tuam


laudant angeli : adorant domi na ti ones,tremũt po-
teſtates.Cœli cœlorumq; virtutes, ac be ata ſe-
raphin,ſoci a exul tati one concelebrãt.Cũ quibus
& noſtras voces vt admitti iubeas, deprecamur :
ſupplici confeſsi one dicentes.

## Præfatio duplex in natiuitate domini.

¶ In natiuitate domini ad omnes miſſas, & quotidie vſq; ad epiphaniam. Et in miſſis votiuis virginis Mariæ, vſq; ad purificationem: & in diebus purificationis, annuntiationis, & commemorationis eiuſdem: & in feſto corporis Chriſti cum ſuis octauis dicitur ſequens præfatio.




inui ſi bi lium amorem ra pi amur. Et
i de o cum angelis & archangelis, cum thronis
& domi nati o nibus, cumq́ue omni mili-
tia cœleſtis ex er citus, hymnũ gloriæ tuæ
ca nimus, ſi ne ſi ne dicentes.

¶ Infra actionem. In miſſa de galli cantu dicitur.

Communicantes, & noctem ſacratiſsimam celebrãtes: qua beatæ Mariæ, &c. In alijs vero miſsis, & per totam octauã incluſiue dicitur.

COmmunicantes, & diem ſacratiſsimum celebrantes: quo beatæ Mariȩ intemerata virginitas huic mũdo edidit ſaluatorẽ. Sed & memoriam venerantes: in primis eiuſdẽ glorioſæ, ſemperq; virginis Mariæ, genitricis eiuſdem Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti: ſed & beatorum, &c.

¶ In epiphania domini & per totam octauam dicitur ſequens præfatio.




luce re pa ra uit . Et i deo cum an-
gelis & archangelis: cũ thronis & dominati-
onibus, cumq; omni mil itia cæleſtis exer-
citus, hymnum glo ri æ tuæ ca nimus
ſi ne ſi ne di cen tes.

COmmunicantes, & diem ſacratiſsimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus, in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ genitricis eiuſdē Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed, &c. Et dicitur per totā octauam incluſiuè. Infra act.

¶ In miſsis ſanctæ crucis dicatur ſequens præfatio.




Et qui in ligno vin ce bat, in ligno quoq; vin-
ce re tur: per Chri ſtũ domi nũ noſtrũ. Per quem
maieſtatem tuam laudant ange li: a dorant domi-
nati o nes, tremunt po teſta tes. Cœli cœlo-
rumq; virtutes, ac be ata ſe raphin, ſo ci a



exultati o ne conce lebrant. Cum quibus &



noſtras voces vt admitti iu beas depre camur



ſup plici confeſsi o ne dicen tes.

¶ In feſto ſancto paſchæ vſq; ad aſcenſionē dicitur præfatio ſequens, & in die paſchæ & per octauas, & in octaua die dicatur, potiſsimùm die: deinceps verò non dicatur, die: ſed, in hoc potiſsimùm glorioſiùs.



V Ere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſa-


lu ta re. Te quidem domine omni tempore,
ſed in hoc potiſsimũ die glori o ſi ùs prædi ca re:
cũ paſcha noſtrum immola tus eſt Chriſtus. Ipſe
enim verus eſt agnus: qui ab ſtulit pec-
ca ta mundi. Qui mortem noſtrã mo ri endo


de ſtru xit: & vi tam reſurgendo re pa-
ra uit. Et i de o. Cũ ange lis & archangelis,
cum thronis & dominati o nibus: cumq;
omni mi li tia cœleſtis ex er citus hymnũ glo-
riæ tuæ ca nimus ſi ne ſi ne dicentes.

¶ Infra actionem dicatur,

COmmunicantes & diem ſacratiſsimum celebrãtes, reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti ſecũdum carnẽ. Sed & memoriam venerantes, inprimis glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ, genitricis eiuſdẽ Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorũ apoſtolorum, &c. Alia infra actionẽ.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuę, quam tibi offerimus, pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua & ſpiritu ſancto, tribuens eis remiſsionem omnium peccatorum, quæſumus domine vt placatus accipias, &c. quæ dicatur vſq; ad ſabbatum in albis incluſiuè.

¶ In die aſcenſionis, & quotidiè vſq; ad vigiliã pentecoſtes excluſiuè dicitur ſequens pręfatio, ſi infra idem tempus non celebretur de aliquo feſto præfationem propriam non habente.



Æ Terne De us: per Chri ſtũ domi num noſtrũ.



Qui poſt reſurrectionem ſuam omnibus diſcipulis ſuis


manifeſtus ap pa ruit : &, ipſis cernẽtibus, eſt ele-
uatus in cœ lum: vt nos diui ni ta tis ſuæ tri-
bu eret eſſe parti cipes. Et i deo cũ ange-
lis & archangelis cũ thronis & domina ti o nibus:
cũq; omni mi li ti a cœleſtis ex er citus, hymnũ



gloriæ tuæ ca nimus ſi ne ſi ne dicen tes.

¶ Infra actionẽ. COmmunicantes & diem ſacratiſsimum celebrantes, quo dñs noſter vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei & dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorũ apoſtolorũ, &c. Et dicitur tantùm vſq; ad octauum diem incluſiuè.

In feſto Pẽtecoſtes, vſq; ad ſabbatũ vigiliæ Trinitatis incluſiuè dr̃ præfatio ſequẽs: & in miſsis votiuis de Spũ ſãcto, quæ per anni circulũ dicũtur: ſed in ipſis omittatur Hodierna die.



ÆTerne De us, per Chriſtum do mi num noſtrum.



Qui aſcendens ſuper omnes cœlos, ſedẽſq; ad dexteram


tuam, promiſsũ ſpiritum ſanctũ hodierna di e in
lios adopti o nis effudit. Qua propter profu-
ſis gau di js, totus in orbe ter rarum mundus
exul tat. Sed & ſupernæ virtutes , atq; ange-
licæ po te ſta tes hymnum gloriæ tuæ




¶ Infra actioné. COmmunicantes & diem ſacratiſsimũ Pentecoſtes celebrantes, quo ſpiritus ſanctus apoſtolis in igneis linguis apparuit. Sed & memoriã, &c.

Alia infra act. HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoq;, quos regenerare dignatus es ex aqua & ſpiritu ſancto tribuens eis remiſsionem peccatorum, quæſumus domine vt placatus, &c. Et dicant vſq; ad ſequens ſabbatum incluſiuè.

¶ In feſto ſanctiſsimæ Trinitatis, & in miſsis votiuis Præfatio.







dominus: non in vnius ſingularitate per ſo næ, ſed
in vnius trinita te ſubſtan tiæ. Quod enim de
tua glori a reuelante te credimus, hoc de fili o
tu o, hoc de ſpiritu ſancto, ſine differentia diſcre-
tio nis ſentimus. Vt in confeſsione veræ ſempiter-


næq; de i ta tis, & in perſonis propri etas, & in
eſſenti a v nitas, & in maieſtate ado re tur
æqua litas. Quem laudant angeli, atq; archan-
geli, cherubin quoq; & ſe raphin: qui non ceſſant
clamare quo ti di e vna vo ce di cen tes.

¶ In feſtiuitatibus beatiſsimæ virginis Mariæ, & per earum octauas dicatur Præfatio ſequens, mutato nomine ſecundum qualitatem feſti. In vigilijs autem feſtiuitatum eius & in miſsis votiuis, & in feſto niuium, dicatur Et te in veneratione. In feſtis verò purificationis annuntiationis, & cõmemorationis eiuſdem dicatur præfatio de natiuitate Chriſti.






Et reliqua vt in prima præfatione.

Sanctus. Sanctus. Sanctus, dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra, gloria tua. Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domini. Hoſanna in excelſis.



# Canon.

TE igitur clementiſsime pater, per Ieſũ Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus & petimus: vti accepta habeas & benedicas hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ ſancta ſacrificia illibata: In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarũ: vna cum famulo tuo Papa noſtro N. & antiſtite noſtro N. & rege noſtro N. & omnibus orthodoxis atque catholicæ & apoſtolicæ fidei cultoribus.

Oratio pro viuis.

MEmento domine famulorũ famularumq́ue tuarum N. & N. Et omnium circunſtantium, quorum tibi fides cognita eſt & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerũt hoc ſacrificium laudis pro ſe ſuiſque omnibus, pro redemptione animarũ ſuarum, pro ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ: tibique reddunt

vota ſua æterno Deo, viuo & vero.

Infra actionem.

COmmunicantes & memoriam venerantes in primis glorioſę ſemperque virginis Mariæ genitricis Dei & dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum apoſtolorum ac martyrum tuorũ, Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philiphi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Ioãnis & Pauli, Coſmæ & Damiani. Et omnium ſãctorum tuorum, quorum meritis precibuſque concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Chriſtum dominũ noſtrum. Amen.

Infra actionem.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ quæſumus domine vt placatus accipias, dieſque noſtros in tua pace diſponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Chriſtum dominũ noſtrum. Amen.

Quam oblationem tu Deus in omnibus quæ-

mus bene ✠ dictã, aſcri ✠ ptam, ra ✠ tã, rationabilẽ, acceptabilẽque facere digneris: vt nobis cor ✠ pus & ſan- ✠ guis fiat dilectiſsimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti.

Qui pridie quã pateretur, accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: & eleuatis oculis in cœlũ, ad te deũ patrẽ ſuũ omnipotẽtẽ, tibi gratias agens, bene ✠ dixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis dicẽs: Accipite & mãducate ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPVS MEVM.

Simili modo poſtea quã cœnatum eſt, accipiens & hũc præclarũ calicẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, item tibi gratias agẽs, bene ✠ dixit, deditque diſcipulis ſuis dicens: Accipite & bibite ex eo omnes.

HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, MYSTERIVM FIDEI: QVI PRO VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM.

Hæc quotieſcũque feceritis, in mei memoriam facietis.

Vnde & memores do-

mine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſācta, Chriſti filij tui domini noſtri tam beatæ paſsionis, necnon & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcēſionis, offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis, hoſtiam ✠ puram, hoſtiā ✠ ſanctam, hoſtiam ✠ immaculatā, panem ✠ ſanctum vitæ æternæ, & calicē ✠ ſalutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris: & accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedec, ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam.

Supplices te rogamus omnipotēs Deus, iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ: vt quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctū filii tui cor ✠ pus & ſan ✠ guinē ſumpſerimus, omni bene ✠ dictione cœleſti & gratia repleamur. Per eūdē Chriſtū dominum noſtrum. Amen.

Oratio pro defunctis.

MEmento etiã dñe famulorum famularũque tuarum N qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerii, lucis, & pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miſerationum tuarũ ſperãtibus, partẽ aliquam & ſocietatem donare digneris cũ tuis ſanctis apoſtolis & martyribus: cum Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Fœlicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anaſtaſia. Et cũ omnibus ſanctis tuis: intra quorũ nos conſortium non æſtimator meriti, ſed veniȩ quæſumus largitor admitte. Per Chriſtũ dñm noſtrum.

Non dicitur Amen.

Per quem hæc omnia dñe ſemper bona creas, ſancti ✠ ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, & prȩſtas nobis., per ip ✠ ſũ, & cum ip ✠ ſo, & in ip ✠ ſo, eſt tibi Deo patri ✠ omnipotenti, in vnitate ſpiritus ✠ ſancti, omnis honor & gloria.